bulam Academiae constitutionis, accommodatā
disciplinae P. Ranti. Hortatur ut illuc amandemus no-
stros tyrones, tutiorem illic esse commoratio-
nem: quam hic apud nos Romae, urbes inexpugna-
biles, populum invictum, firmissima praesidia &c.
Non video profecto (nisi Deus insperatam pacem
de improviso illi afflictissimae genti dederit) qui
possint ipse illic durare diutius, quo pacto nostros
invitat. De lancina ad veteres aquas, erat audi-
tum: magnumque est, ne latius hoc serpat incendi-
um. Pugnabunt cum sanctis ([illegible]) et he-
reos. Conflantur in Italia equi aërei: qui in
Galliam immittantur. Et ferat fama tranquillas
illic res, et optimo loco esse. Scilicet non coeunt
bitumenque et ferrum, nec diu aderit aspectum illud
tempus, quam lupis et agnis magna sit concordia.
et cum columbis ineunt stabilem aquilae societatem.
De nostris rebus, etsi sunt in arctum nunc coactae, ac
liberamur laborare. Generosa virtus eiusmodi statu ac-
cenditur. Deus in medio coetus nostri praesidet, non
nutabit. Deus illi maturè opem feret. Non semper suc-
censebit suis precantibus: neque perpetuò nos subsan-
nabunt inimici nostri. Multum praesidii praebet
oratio, quae nixa Mediatoris intercessione, ex la-
misericordis affectu exarsit. Quod si propter implic-
atum odium et indominabilem pertinaciam in-
great aliqua dissipatio: Quid de viro tam insignis
claustrisque Dei positum est, quae non obrepat
malignitas et perfidia? educet nos Dominus ex
ista fornace in latitudinem, rebusque nos prae-
ficiet amplioribus, qui in exigui gregis cura tam
vigiles tamque intenti fuistis. De statu Hollan-
diae, quod quidem ad Ecclesias et nostram scholam
attinet, ex Tassino prolixè te fecit certiorem fa-
ctum esse. Sic est, quod me juvet, non celabo,

Afrecto sex orbis tabulas accepi. Cum venerit, dabi-
mus tibi electionem. Quereris graviter de occultis
morsibus Hanni[?] Gedeonis. Ea res mihi tam molesta
est, ut nihil supra. Talem virum, qui studio juvandi
communem eruditionem, sese semper totum impendit.
semper ego innocenter demiraxi, nullo neque suo, neque
amicorum consilio, his prope jam viginti annis hanc
insatiabilem hirudinem excutere potuisse. Sed Deus
judicet populum suum. Dn. Polyander, nescio an meas
postremas acceperit. Amo virum et Deum oro
ut liberet ipsum ab importunis hominibus καὶ ἀπὸ
τῶν τῶν ἀποστολῶν ἐξ [illegible]. Valete in Christo,
qui est vita nostra. Conjux, mater, soror, Affinis
Polyander cum uxore et liberis, tum ipsi, tum vestris
3. Calendas Septembris in schola ad Aulcum 1575. Leo-
degarium cum pia conjuge noli praeterire, neque Levinum
Remer cum honestiss. uxore.

Hospes vester.
Johannes Molang.

Mea Alethea vos salutat.

M. Francisco Ersinga Lirae

238)

[= Arev. a. 7 - Nr. 252]

Pax Christi.

Nescis generose vir, quid nobis acciderit, id dum
breviter commemoro, quaeso ut velis tantisper pati-
entiam accommodare. Sexto Calend. Septembris
1575. Groningam cum tribus liberis venit. Conjunx Livi-
ni te Remer, veteris hospitis nostri in coerulea ra-
cc + Embde. Divertit ad Conradum Coum, ubi publicum
diversorium est Mercatoribus ultro citroque, et mea-
tibus illic quievit diem unum. Quinto Calend. acces-
sit ad eos, tum viros, tum foeminas quos habebat in
hac urbe conjunctissimos. Tentavit suos liberos eo-
rum fidei committere, sed frustra. Videbant enim
eam rem plenam periculi esse. Quam nihil apud
amicos effecerit. Quarto demum Calend. ad me venit.
Hospitarium[?] diu multumque ego et uxor mea, ne in fa-
miliam nostram reciperentur. Illa Emdensis se-